UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 123. Bellum Pontificis adversus Ursinos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67025

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1497.

§. CXXIII.

Bellum Pontificis adverſus Urſinos.

Mariàn. ib.

Ceterum Pontifex in eo erat, ut Urſinos, qui Carolo VIII. adhærebant, bonis exueret, & pagos, urbesque, quas in Romana ditione poſſidebant, hoſtiliter invaderet. His curis diſtentus præpediebatur, ne Liburnenſium obſidioni ſuas quoque copias adjungeret, quibus tamen Urbini Ducem præfecit, eique militaris diſciplinæ tyronem, ac Tribunum aſſociavit Gandiæ Ducem, qui Nothus ipſius Alexandri filius erat ſecundo genitus. Urſini, cum ad numeroſum exercitum in aciem educendum viribus impares eſſent, copias ſuas pari numero inter ſe partiti ſunt.

§. CXXIV.

Bracciani obſidio.

Alvianus igitur intra muros Bracciani, quod Urſinorum oppidum eſt longe munitiſſimum, ſeſe incluſit, ceteri vero ex eadem Familia ad alia ſecuritatis loca ſeſe receperunt, ut opportuno auxilio Alvianum juvare poſſent, quam primum pertinacior obſidionis mora hoſtium vires attenuaverit. Ergo Braccianum primitus obſidione premitur; verum præſidiarii invi-